



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

Avgvsti Die

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

AVGVSTVS.

MARTYRIVM SANCTI PORCARI

ABBATIS ET SOCIORVM EIVS MONACHORVM LIRI-

*nensium, vt habetur in appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum,**Margarini de la Bigne Doctoris Theolog.**Parisiensis.*

LN partibus Galliarum, exigentibus causis, cum dispo-
neret Dominus affligi genus humanum per sauitiam
paganorum, nefanda gentis Sarracenorum exercitus,
vaginam suae habitationis egrediens, ac maritima quae
que vltra citraque; peragrans, peragrando demoliens, in
prouinciam venit, nominis Christiani impugnandi gra-
tia, & suo eam dominio subiugandi. Cuius incolas oc-
culto Deo iudicio, eius mucroni tradidit feriendos.
Quae gens longè lateque suae cedis extendens crudelita-
tem, ita in solitudinem penè, totam redegit regionem,
vt in eremi vastitatem loca prius desiderabilia conuer-
sa viderentur. Vrbes enim nobilissimas terrae coaquans, villasque depopulans, ca-
stella subruens, ouilia Domini euertens, nò minimas Christianorum strages dedit.
Vnde inter cetera facinora sua, Lirinensem Insulam, religione pollentem depo-
pulans, rebus omnibus inhabitabilem reddidit: seruos Dei, qui inibi inter reliquos
vel praeter ceteris sanctitatis & vigiliarum primas tenebant, millies seipfos immolan-
tes gladio trucidans ferè quingentos aut eo amplius. Fertur enim (quod minime
reor praetermittendum) quòd antequàm classis Sarracenorum illò aduèraret, An-
gelus Domini, sancto Porcario Abbati per visum apparens, euidenter praedixerit
tempus, & diem & horam, certumque omnibus imminere exitum die abhinc se-
prima illucente. Qua de re maturato consilio, commonet, vt vnum è duobus eli-
gant, aut fugam consulant, aut palmam martyrij incunctanter capiant.

In eorum arbitrio posuisse Dominum hoc donum tam bonum, tam optimum, tamque
praecipuum, vtrum velint aut nolint, breui sanguinis commercio immor-
tale acquirere compendium. Voluntas tantum ad hoc prona, verum necessitas nul-
la. Facto itaque mane, beatus Porcarius conuocatis fratrib. cuncta quae viderat, quae
que audierat refert. Ex quibus quidam pauentes, quidam non credentes: vniuersi
tamen re inopinata, ancipiti sunt turbati periculo, hoc accepto oraculo. Alios ad
insulas tutiores velle secedere, alios locum ipsum nolle relinquere.

His variè inter se distidentibus, expectata dies aduenerat, noctis tantum interca-
pedine diuisa. Iamque instante vigilia matutina, clara luce è speculis in longum diri-
gentes obtutus, viderunt hostile agmen aduentare, oppansisque velis aequata fronte
in obliquum deductis cornibus, totumque allabi classibus aequor. Extemplo turbati
animis, disiectique à proposito. Cumque cuperent male euadere, nec pateret usquam
locus effugij: iam enim & hoc per spiritum praenoscens beatus Porcarius, naues
omnes à portu clam longius abduxerat, interdicens nautis, ne intra praefinitum sibi
tempus villo modo redirent. Ergo cum vidisset athletas Dei immenso certaminis
ponderare fatigari, ingemuit tam triste nefas fortissimus heros, dextro socios dece-
dere cornu, inuictamque manum quondam sine caede perire. Tum vexillum sanctae
Crucis quod in agmine primo dux bonus praefere consueuerat, defixa cuspede po-
nens, instaurat animos dictis mordacibus. O, inquit, fortissimi milites, ò instructis-
simi diuini praelij bellatores, quò ruitis? cui colla datis? Quis furor insanas agitat
caligine mentes? State, precor, state, ne velitis manu stiuam tenentes retrò respice-
re. Proh pudor, vicinus hucusque; segnes, nec nostra potentia perfert vim solitam?
Quin potius omnium delecta iuuentus, hortor & moneo, resides attollentes ani-
mos, nè nos tanquam imparatos praecipitent, olim deuoti vltro properantes sub-
damur

12. Augusti

Sarraceni
expugnat
Gallos.Visto S.
Porcarii
Abbatis.Martyrij
doni locum
optimum &
maximū.Ocludit
pius pater
Porcarius
suis fratri-
bus via eu-
adendi
martyrij.Eos horra-
tur pro ne
moneat
si morte
appetere.

damur preciosissimæ passioni. Experimento iam cognoscetis, quantus illis ex nostra constantia timor, quanta nobis proveniat gloria. Talia senior perorabat, nomine quæque vocans, simulque acrimoniam quam gestabat corde, frontis prærens dignitate.

Quibus verbis incaluit virtus, paulatimque timore depulso, maduerunt corda tepentia, repentino Spiritus sancti rore perfusa. Suda redit facies, veluti si vides, cepti li purpuream clarescere lucem sine nube diei. Agmina sancta super vultum sese, re tonantis, gaudentque; hilares Christum suis victoribus, arcem ætheris, ac patrum famulis aperire profundum. Dat signum felix concordia, damna præcedentia lucris succedentibus recompensans. Itaque alacres, & de victoria iam securi, procedunt castris, portis patentibus, omnes ornati, omnes albis vestibus induti, tanquam agni immaculati, & incontaminati Iesu Christi, præcogniti ante constitutionem mundi. O quali gaudio tunc ille tripudians Angelicus cœtus, tantis beatorum martyrum occurrens agminibus? Nulli dubium omnem cœlestem Hierusalem tunc exultasse ineffabili læticia, tunc iucundatam esse inestimabili charitate, tuncque cum omni gratulatione obuiam processisse, eosque ingenti lumine circumfulsisse, & usque ad thronum, olim sibi etiam ante constitutionem mundi paratum, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse.

S. Porcarij cum socijs ab infidelibus trucidatur.

SURIUS

q. ber
Nobis
RVITI
5

SERMO B. PETRI DAMIANI S. R. E.
CARDINALIS AC OSTIENSIS EPISCOPI, DE SAN.

cto Cassiano martyre, vt habetur octauo Tomo Aloysij.

13. Augu.



Festum SS. Cassiani & Hippolyti

DMIRABILIS & gloriosa nostri dispensatio Conditoris, ita cursum nostræ mortalitatis instituit, fratres charissimi, vt per succedentium vicissitudines temporum, diuersæ nobis victoriarum Christi militum festiuitates occurrant, quæ nostros animos ad amorem illius summe & continuæ solennitatis accendant. Planè cum totius anni circulum triumphalibus modò martyrum, modò confessorum titulis Deus omnipotens variat, quid aliud, quàm velut sertum gloriæ construit, quod vtique decorat liliorum atque rosarum varietate depingitur? Inter quas nimirum festiuitates & hodierna non ignobilis est, Hippolyti scilicet & Cassiani martyrum, quæ

tanquàm geminum rutilat duorum lumen astrorum. Qui profecto Regis æterni strenuissimi bellatores, diuersis quidem locis, diuersis subiaccere supplicijs, sed vna vtrique, erat causa certaminis, quia non dispar vtrunq; armauerat professio veritatis.

Enimuerò Cassianus, cui potissimum famulaturus est sermo, diu quidem latuit, sed cum ad certamen peruentum est, quid acrimoniarum, quid sapientiarum, quid fortitudinis granum sinapis occultaret, aperuit. Nam iuxta nominis sui præsagium, cum in passionis pileæ persecutorum manibus pindi cœpit & atteri, mox fragrantiam odoriferæ suauitatis, quæ in se latebat, adspersit. Cassia siquidem species est aromatica, quæ integra quidem nullius esse videtur odoris, trita autem naturalis vim suauitatis emittit.

S. Cassianus scholasticus magister.

Beatus itaque Cassianus (vt gestorum illius testatur historia) dum scholaris doctor existeret, breuiusque notis verba comprehendere pueros erudiret, pro fide Christi ad quæstionem deductus est. Cumque zelo succensus fidei, iudicum decreta contemneret, & sacrificia profana calcaret, discipulorum manibus ad cruciandum traditus est, vt illis versa vice pœnas exolueret, quos ipse dudum sub disciplina ferula terruisset. Mox itaque indumentis exutus, manibus post terga ligatus, armato stylis & tabulis puerorum furentium agmine circumfunditur: qui vndique compunctus atque discerptus, toto corpore laceratur. Nouum planè & inusitatum genus martyrij insignem Deo martyrem consecrauit. Videtur autem hæc martyrij species ad similitudinem comparandam, nulli melius posse congruere, quàm ipsi Regi martyrum Deo Saluatori. Nam & ille à suis discipulis occisus est, Iudeis videlicet, quibus præcepta decalogi proprio digito descripta tradiderat, quos ceteri monij

A suis scholaribus, stylis atque tabulis totocorpore discerptitur.

monijs suis, sacrificiorumq; ritibus instruxerat, quos certè ad omnem viuèdi rectitudinè, tanquam teneros sub disciplina pueros informauerat. Sicut ipse per Esaiã dicit: Filios enutrini & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Nã & illi carnales Israëlitæ puerorum nomine digni fuerant, qui mandata legis, Prophetarumq; mysteria nõ tenui grauitate pensabant, sed omnia superficialitè ac pueriliter intelligebat.

Defunt aliqua.

Hinc est, quòd & hic inuicèssimus Christi miles beatus Cassianus inter grauissima panarum suarum tormenta superari non potuit, quia non eum ferrea lorica circumdedit, nõ galea cristata protexit, sed lignum tantummodo Crucis armavit. Nam qui ligni huius vexillo munitur, spiritualis in solus nequitię securus aggreditur. Hoc signum contra Dauid ad bella egrediens Philistæus ille sacrilegus ignorabat, atque idcirco mox in fronte percussus interijt, vbi scilicet vitæ sibi signaculum non impressit. Hoc signum salutis in fronte depingitur, vbi videlicet sacerdos summus in lege auri laminam in gloriam & decorem ponere videbatur: in qua scilicet lamina illud gloriosum & ineffabile nomē Domini Tetragrammaton videbatur insculptum. Quod nimirum quid aliud, quam Crucem videbatur exprimere Saluatoris: Sicut enim Crux quatuor habet cornua, ita & nomen illud quatuor literis constat. Crux ergò, decor & gloria sacerdotalis officij, in fronte ponitur, vt superliminari domus agni cruore perfuso, transeuntis Angeli gladius euadatur. E contra, in hac corporis parte Rex ille Ozias lepra percussus est (iuxta Prophetæ vocem dicentis: Imple facies eorum ignominia) qui dum regali culmine arroganter intumuit, sacrificandi licentiam, quæ solis debebatur sacerdotibus, sibi inuicè usurpauit.

Hoc signum Dauid in spiritu præuidens, gratulabundus aiebat: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Ideoque subiungit: Dediisti lætitiã in corde meo. Quam pretiosum, quamq; mirificum Crucis signum est, fratres mei, quod & superbos quosque cum ipso superbiæ authore destruit, & pro Christo certantes in propectum gloriæ triumphalis attollit. Ecce, inquit Simeon, positus est hic in ruina, & in resurrectionem multorum in Israel. Pretiosum, inquam, signum Crucis. Sed prout gestamus in fronte, vtinam portemus in corde. Ille enim cordi suo signum Crucis veraciter habet impressum, qui Christum, qui in Cruce suspensus est, diligit, qui eum toto cordis amore complectitur, qui certè in eo totis visceribus delectatur, qui quæque ab eo prohibita respuit, qui sibi mandata cum amore custodit. Sunt enim inimici Crucis Christi, quorum (vt Apostolus ait) finis interitus, & gloria in confusione ipsorum, qui terrenã sapiunt. Sunt & amici Crucis Christi, quorum videlicet conuersatio in cælis est. In tremendo nempe iudicio inter finitros erit, quisquis vitalis huius signi characterem non habebit. Nec ab eo, qui crucifixus est, iudice refert præmium, qui sibi Crucis in signo non ostendit impressum. In libro quippè Ezechiel hoc signum Dominus in frontibus gementium & dolentium præcipit imprimi, deinde cæteros omnes, qui absque hoc signo reperti sunt, iubet occidi. Nam si diligenter inspicimus, ipsa quoque mandata veteris testamenti sacramentum Crucis redolere sentimus. Cum enim lex diuinitus data sub denario numero traditur, qui videlicet numerus per X literam designatur, quid in hoc aliud quam figura Crucis exprimitur? Hæc enim litera Crucis habet speciem, quæ dum denarium numerum in se comprehendit, Cruci militare omnia mandata legis euidenter ostendit.

A memus ergò, dilectissimi, Christum, amemus Crucem, & vnusquisq; nostrum solerter inuigilet prauam in se reprimere voluntatem. Signum hoc vitæ non exprimamus tantummodo in fronte carnis, sed recondamus insuper in intimis visceribus castæ & sobriæ voluntatis, implentes illud, quod sponsæ sponsus iubet in Canticis. Pone me, inquit, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Perspicuum est, quòd cor cogitat, brachium operatur. Ille ergò Christum super cor suum, quasi signaculum ponit, qui eum medullitus diligit, qui ad eum feruenter anhelat, qui cum anxie flagitat, qui in eius desiderio iugiter perseverat. Ille verò super brachium suum ponit Christum, qui extrinsecus quoque eius mandatis insistens, quem in visceribus cordis occultat, etiam in operatione demõstrat. Nam & nos in quolibet membro nostro signum ponimus, vt rei, quæ nobis chara est, memoriã non perdamus.

Habeatur igitur Christus in corde, habeatur in operatione signaculum, vt eius

r in no.

Esa. 1.

Vt signo
Crucis mu
niti victo
res efficiã
tur.

1. Reg. 17.

Exod. 28.

Exod. 12.

Psal. 82.

2. Par. 26.

Psal. 4.

Luc. 2.

Qui signu
Crucis in
corde suo
impressu
habeat, &
qui non.
Ehilip. 3.

Ezech. 9.

X. litera fi
gura Cru
cis.

Cant. 2.

Vt christ.
in no.

debeat no-
strum esse
signaculū.
in nobis semper viua memoria & subreptentium cogitationum praua compescat,
& in his, quæ extrinsecus agimus, Crucifixi characterem euidenter exhibeat. Enim-
uero si nobis Christus signaculum fuerit, & ipse nos sibi grata vicissitudine signacu-
lum ponit, iuxta quod Zorobabel Duci Iudææ pollicetur, dicens: In illa die suscipiā
te, Zorobabel serue meus, & ponam te sicut signaculum in conspectu meo. In con-
spectu nanque Dei iustus sicut signaculū ponitur, quia per continui amoris gratiā
in eius memoria semper habetur. At contra de impio Rege Ieconia, qui quoniam
Dei omnipotentis immemor erat, in eius & ipse non merebatur esse memoria: Si
fuerit, inquit, Ieconias annulus dexter in manu mea, indè euellam eum.

Aggæi 2.

Hier. 22.

S. Cassiani
constantia
& fortitu-
do.

Rom. 8.

Quod inuiolabile firmumque signaculū beatus martyr Cassianus in pectore suo
posuerat, qui in tanta fidei constantia immobilis permanebat. Illiduntur plage ver-
berum, insiguntur vulnera punctio-
num, intorquentur irrisio-
num iacula, vincula
manibus innectuntur, accedit & nuditas corporis, sed & spectaculum circumlatra-
tium vndiquè derisorum. Inter hos procellarum saeuientium turbines, inter istas
denique crebrescentium grandinū tempestates stat firma columna Dei prorsus im-
mobilis. Non concutitur, non quassatur, sed lapidi, super quem fundata est, recta
semper & firma constanter innititur. Dicebat enim: Quis me separabit à charitate
Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum?
an gladius? Illi fremebant dentibus: iste miris Agni mundi peccata tollentis paci-
tiam cogitabat. Carnifices inferendo supplicia, satiabant cruentam pectoris rabiē:
iste iam securus in mente verfabat celestis gloria dignitatem. Atq; (vt irā dixerim)
cautus ac prudens iste negociator, fratres mei, quā felices cum remuneratore cer-
tantium Christo nundinas contrahebat? Deponebat siquidem sarcinam carnis, at-
que ad stolum festinabat Angelicæ claritatis. Deserebat ferulam crudelium puero-
rum, vt sanctorum fieret socius Angelorū. Postponebat magistrerium literas edo-
cendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum, cui militans cuncta per
orbem volumina literarum, Christum Dominū nostrum, qui cum Deo Patre in
vinitate Spiritūs sancti viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

SURIUS

q. ber-
uener-


RVITI

5

SERMO BEATI PETRI DAMIANI, S. R. E.
CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE AS-

sumptione sanctissime Mariæ Dei genitricis & virginis. Habe-
tur octauo Tomo Aloysij.

15. August.



S. maria ad
caelos assu-
pta à dex-
tris filij
sui refidet.

IC totum decurrat ingenium, & aureus sermo tota relu-
ceat maiestate. Voluntaria oris nostri beneplacita sibi faci-
at genitrix Dei, Domina mundi, cæli Regina. Ipsa sensum
acuat, dirigat stylum, & linguam pauperis venustiori resper-
gat eloquio. Illustret lucem hanc lumine clariori, & suo co-
uentui suam præsentiam donare dignetur. Sublimis ista di-
ces, & splendidiori Sole refulgurans, in qua Virgo regalis ad-
hronum Dei Patris euehitur, & in ipsius Trinitatis sede re-
posita, naturam etiam Angelicam sollicitat ad videndum.
Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat Reginam sedentem à dex-
tris Domini virtutum, in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato, circū-
datam varietate, virtutum multiplicitate distinctam.

Cur Chri-
stus ascen-
disse, Ma-
ria vero
assumptaj
dicatur.

Hæc est illa dies, quæ cælorum officinas sublimiori gaudio cumulauit, annua mū-
do, Angelis continua, continuans homines Angelis, & Angelos hominibus felici
foederatione coniungens. Intuere mentalibus oculis Filium ascendentem, & Ma-
trem assumptam, & videbis aliquid excellētius in ascensione Filij exhiberi: & ali-
quid gloriosius in assumptione Virginis demonstrari. Ascendit enim Saluator in
cælum potestatiuæ virtutis imperio, sicut Dominus & creator, Angelorum comi-
tatus obsequio, non auxilio fultus: Assumpta est Maria in cælum, sed gratiæ suble-
uantis iudicio, comitantibus & auxiliantibus Angelis, quam subleuabat gratia, non
natura. Idco dies hæc Assumptio, illa Ascensio vocatur, cum aliud sit potentia, ali-
ud misericordia, solumq; soli sit priuilegium Creatori naturam rerum propria po-
testate

testate supergredi. Hoc est illud excellentius, quod sibi vendicat super creaturam Creator, ubi etiam superabundans & singularis gratia non audeat aspirare.

Sed si diligenter attendamus ascensionem Filij, & Matris assumptionem, inuenimus profecto aliquid, quod nos inuenisse gaudebimus. Ascendenti quippe Domino egressa est obuiam omnis illa beatorum spirituum gloriosa societas, quãdò naturã superiori prætulit inferiorem, & incouertibili sacramento susceptũ hominem in ipsa diuinitatis clausit identitate. Occurrẽtibus autem Angelis electorum animas, quas secum educebat, adiunxit, & sic vtrorumq; triumphali pompa deductus ad Patrem, sedet ad dexterã Maiestatis. Attolle iam oculos ad assumptionem Virginis, & salua Filij maiestate, inuenies occursum huius pompæ non mediocriter digniorem. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere poterunt, Matri verò cælorum palatia penetrant Filij ipse cum tota curia tam Angelorum, quàm iustorum solenniter occurrens, euegit ad beatæ confistorium sessionis, & ait: Tota pulchra es, amica mea, & macula nõ est in te. Tota pulchra, quia tota deificata: macula nõ est in te, quia Spiritus sanctus superuenit in te, qui te mundauit. Sed & Virgo gratiosis cumulata muneribus, tantæ benignitati Dãuidico sermone responderet, sum mã dignationis claritatem admirans: Tenuisti manum dexteram meam. & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Nota verborum positionem differenti graduum distinctione signatam. Tenuisti, inquit, manum dexteram meam, quia es illa tua sub capite meo, dextera tua iam amplexatur me. Et in voluntate tua deduxisti me, non in mea sublimitate, quia totum opus gratiæ est, nõ natura: Et cum gloria suscepisti me: gloria vtriquè gloriosa, quam non nouit, nisi qui dedit, & cui donare dignatus est.

Attende autem diligentiam, & cõsequentiam scripturarum. Spiritus enim sanctus, in cuius fabrica, tam veteris, quàm noui testamenti fuit compositio fabricata, Ascensionem Filij, & Matris Assumptionem simili stylo perambulans, ter interrogat: Quis est iste? & terriõ repetit: Quæ est ista? Primum de Filio, postea de Matre videamus. In spiritu fortitudinis Saluator ad inferos descendens contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit, & gehennalis ollæ dissipatis fragminibus, totum illud infelix habitaculum ruinosa concussionẽ succussit. Conclamantibus Angelis: Attollite portas principes vestras: illi, qui superbiã lapsu irremediabili corruerunt, ignorantia dedignatiua retorquent: Quis est iste Rex gloria? Hic est ille insipiens, qui dixit in corde suo: Non est Deus, & Nescio Dominum, & Israël non dimittam. Angeli pacis confidenter ingeminant: Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio: fortis ad vestram fortitudinem infirmam: potens ad vestram potentiam vacuandam: in prælio, illo vtrique; singulari, quo potestates aëreas singulariter debellauit. Resurgens ab inferis, & solennis victoriæ vexilla reportans, hominem vnitum sibi, quem nunquã dimisit, resuscitauit, & triumphatrici palma cælis inuectus, Patri ouem cenefimam, quã perdiderat, representans audit ab Angelis: Quis est iste Rex gloria? Sed & eisdem conclamantibus: Dominus virtutum ipse est Rex gloria: cælorum insonuere palatia, & tota supercelestis domus profusioribus gaudijs inundauit. Verè Dominus virtutum, in resurrectione virtutem faciens, quàm antè non fecerat, redimens seruum, & pro seruo filium efficiens. Clarissima autè Ascensionis die, quãdò, videntibus discipulis, est eleuatus in cælum, sum mum illud reuerendumq; collegium venit obuiam Redemptori, & omnis illa tam assistentiam, quàm ministrantium Angelorum authoritas cucurrit ad Filium, & ascendentem demirans ait: Quis est iste, qui venit de Edom rinctis vestibus de bosra? Videntes enim eum sanguinei ruboris vnda perfusum, miratur eius patientiam, & scuitiam ludæorum, qui non sunt veriti Filium Dei Crucis ignominia condemnare. Gradiens, inquit, in multitudine fortitudinis suæ: non solum in fortitudine, sed etiam in multitudine fortitudinis, quia nulla fortitudo fortior fuit, quàm redimere seruum, & in diuinitatis dextera perpetuò collocare. Hæ sunt illæ voces, quæ descendentem ad inferos, ab inferis resurgentem, ascendentem ad cælos, multiformi præconio prosequuntur.

Sed iam vertendus est stylus ad Sanctam sanctarum, & illorum verborum enodanda proprietates, quæ Virgini Marri sunt specialiter dedicata. Sed vtr̃ superliminarem titulum in frõte futuri edificij proponamus, dicamus breuiter, quia prima interrogatio conuenit eius natiuitati, secunda eius cõuersationi, tertia assumptioni.

Cant. 4.

Psal. 72.

Ascensio
filij & ma-
tris assum-
ptio, simi-
li stylo de-
scribitur.

Psal. 13.

Psal. 12.
Exod. 5.

Luc. 15.

Mar. vic.

Esa. 65.

SURIUS

q̄ber
Nobis

RVIII

5

Cant. 6. Quæ est ista (inquit Spiritus sanctus de eius natiuitate) quæ progreditur, sicut auro-
ra confurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?
Sap. 3. Hæc est, quæ nesciuit tori in delicto, Virgo Dei Filio singulariter consecrata, spe-
cialiter sancto coniugata Spiritui. Quæ progreditur, inquit, sicut aurora confurgens,
Quam elegans & clara similitudo, & ex illius disciplina descendens, qui summum
sapientiæ fontem in Canticis affluenter includit. In meridiano lumine primus ille
parens creatus est, factus ad imaginem & similitudinē Conditoris. Quid enim cla-
rius, quam creatam Creanti non esse dissimilem? Faciamus, inquit, hominē ad ima-
ginem & similitudinem nostram. Imaginem dedit ei in æternitate, similitudinem
in moribus, vt sit similis Creatori, si non identitate, similitudine tamen. Sed illi tã-
ti priuilegij dignitate reiecta, apostata spiritui falsa promissione delinquit in hæc,
& se cum posteritate sua perpetua morti destinauit & tenebris. Ab illa hora tene-
bræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad Virginem, nec inuentus est aliquis,
qui vel exiret de tenebris, vel tenebras dissiparet: sed mundo crescente, concreuit
& tenebrosa vorago, donè in densissimam conglobata nigredinem, humanum
genus nocte terribili sepeliuit. Hæc est illa nox solitaria, nec laude digna, de qua
scriptum est: Posuisti tenebras, & facta est nox. In ipsa pertransierant omnes bestie
syluæ quia crudeles, & indomiti spiritus, dimotis repagulis, humanum genus totis
viribus obtriuerunt. Sed nata Virgine, surrexit aurora, quia Maria veri præuia lumi-
nis, natiuitate sua manè clarissimum serenauit. Hæc est stella matutina in medio
nebula, quæ in cæli cardine summo splendore coruscans, orbem subditum splendi-
dioribus radijs incolorat. Hæc est aurora, quam sequitur, immò de qua nascitur. Sol
iustitiæ, solius Solis claritati succumbens. Hæc est aurora, quam ille nō vidit, qui vi-
dit omne sublime, & orat beatus Iob vt ei multa suppressione claudatur, dicens:
Non videat ortum surgentis auroræ. Tuus est dies, Domine, in quo Adam est condi-
tus: tua est nox, in qua Adam a die est eiectus: tu fabricatus es auroram, id est Virgi-
nem Matrem, & Solem, Solem videlicet iustitiæ, qui de virginali thalamo confur-
rexit. Nam sicut aurora terminum noctis, diei principium adesse testatur: sic & Vir-
go noctem expulit sempiternam, & de die diem, de terra sua virginis exortum,
terris infudit. Progreditur, inquit, quasi procul egreditur, quia procul, & de vltimis
finibus pretium eius. Aurora, quia noctis finis, & lucis initium. Consurgens, quia de
cadente superfurgens materia. Pulchra vt luna. Quid Luna pulchrius, cum stellis co-
ruscantibus in signifero limite, reliquorum siderum splendorem excedit? Consi-
dera quàm stellaris & serena vibratio, quàm luminosus fulgor circulem orbem
tanti sideris superfundat, vt aliorum luminum claritatem non mediocriter obfu-
scet. Sic & Virgo inter animas sanctorum, & Angelorum choros supereminens, &
euecta, merita singulorum, & omnium titulos antecedit. Quàmlibet alie stellæ
releueat, Luna tamen & magnitudine præminet, & splendore. Sic vtraq; naturam
Virgo singularis exuperat, & immensitate gratiæ, & fulgore virtutum. Electa vt sol:
Hanc atrède similitudinem, qua nulla in rebus mudi potest esse sublimior. Nihil
enim habuit Spiritus in visibilibus creaturis excellentius, cui excellentiæ Virginis
compararet. Multò enim altius aliquid habet claritas Solis, quàm Lunæ, quia eisi
illa minores stellas obscurat, nō tamen penitus occultat: hic verò lucidius incan-
descens, ita sibi siderum & Lunæ rapit positionem, vt sint, quasi non sint, & videri
nō possint. Similiter & virga Iesse, veri præuia luminis, in illa inaccessiblei luce per-
lucens, sic vtrorumq; spirituum hebetat dignitatē, vt in cōparatione Virginis, nec
possint, nec debeant apparere. An putas, quòd non contremiscat tota rationalis
creatura ad contemplationem tantæ dignitatis? Considera & quæ in cælis, & quæ
in terris in Virgine refabricata, Deum, qui cælum palmo metitur, virginis ventris
breuitate conclusum, redemptionē hominum, Angelorum restaurationē, deniq;
quicquid est, fuit, & erit, per Virginis vterum renouatum, & tunc tibi cogitatio sug-
geret, quod locutio demonstrare non potest. Electa, inquit, sed & prælecta. Vt Sol,
quia sicut Sol solus orbem illuminat, sic hæc sola solidiori lumine & Angelos, &
homines illustrat. Terribilis vt castrorum acies ordinata, terribilis demonibus,
ordinata virtutibus, singularis timor malignorum spirituum, specialis amor ciui-
um beatorum.

Sequitur de eius conuersatione. Quæ est ista, quæ ascendit per desertū, sicut vir-
gula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Ista
est spe.

est speciosa inter filias Hierusalem. Desertum est vastitas huius mundi, in quo bestia
agri frequentius ludunt, ubi princeps ille nequissimus omni fortitudine principa-
tur. Desertum autem dicitur, quasi derelictum à virtutum administratione, cum
earum conuētus, abundante iniquitate, ad proprios ortus reuolauerit. Quæ ascen-
dit, inquit. In huius seculi vanitates omnes vel descendere, vel cadere cognoscitur,
rarusq; qui non vel descendat, vel cadat in huius turbulentissimæ profunditatis oce-
anum. Sola illa Mater, & filia Creatoris, nec descendit, nec cecidit, sed de virtute in
virtutem ascendens, consummatione virtutum vestita est. Qualiter autem ascen-
dit? Sicut virgula, inquit, fumi. Sed & hæc operatio quàm significanti similitudine
sit signata, recollige. Virgula fumi recta est, subtilis, odorifera, & quantò magis in
aëra extēditur, rāto ampliùs dilatur. Sic & Angelorū Regina, recta est in sublimi-
tate cōuersationis, quia virga directionis, virga regni Domini. Subtilis in Deitatis
contemplatione, quia ipsa est, quæ conseruabat omnia verba hæc, cōferens in cor.
de suo. Odorifera in virtutum opinione, quia currimus in odore vnguentorum fu-
orum. Angusta in temporalibus, quia non erat ei locus in diuersorio. In spiritali-
bus dilatata, quia adstitit Regina à dextris Domini. Hæc est virga illa, qua retūdu-
tur impetus aduersantium demoniorum, virga Aaron, per quam fiunt signa & mi-
rabilia. Baculum autē Crucis intellige, quo non solum verberatus est, sed & occisus
ille insanabilis homicida, qui mortibus hominum pascitur & nutritur. In Virgine
virga, & baculo Cruce, miserorū spes & cōsolatio cōtinetur, sicut sublimis Prophe-
ta clara voce declarat: Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Luc. 1.

S. Mariæ !
virga Aa-
ron.

Psal. 22.

Sequitur: Ex aromaribus myrrhæ, & thuris. Myrrha corpora dissoluta cōsolidat,
matica virgula subleuatur, myrrhæ, & thuris. Myrrha corpora dissoluta cōsolidat,
& cadaver exanime sibi vēdicat, nē putrescat. Thus autem Deo in oratione accen-
ditur, sicut multiplicibus scripturarum testimonijs edocemur. In myrrha conti-
nentiam, in thure deuotionem intellige. Caro enim Virginis ex Adam assumpta,
maculas Adæ non admisit, sed singularis continentia puritas in candorem lucis
ateræ conuersa est. Porrò quis eius deuotionem votiuis laudibus poterit adæqua-
re, cum rememoret missum Archangelum, superuenientem Spiritum, Filium con-
ceptum, Deum natum, stellam nouam, Magorum gloriā, munerum gratiam, &
super hæc omnia testimonium conscientia suæ? Hæc sunt duo, quæ virginalē sub-
stantiam toto circūdedere virtute, continentia scilicet, & deuotio: quorū alterum
carnem, alterum mentem itā possedit, vt caro mūdissima, mens purissima genitri-
cem Domini singularihs consecrarent.

Maria vir-
go in car-
ne sua ma-
culas Adæ
non admi-
sit.

Sed nē putares his duabus solis virtutibus insignitam Dominam orbis, & Regi-
nam celorum, subsequitur scripturarū authoritas: Et vniuersi pulueris pigmentarij.
Hic expressum est quicquid exprimi potuit. Species quidem integræ odorē reddūt,
sed non tantū, quantum contractæ. Crebris enim tūsonibus supertrita, remotiorē
etiā locum odorifera cōspersione refundūt. Sic & virtutes in pace quidem fortiter
redolēt, sed fortius in tribulatione: quia virtus in pace acquiritur, in persecutione
probat, approbat in victoria. Vniuersus ergo puluis pigmentarius in Virgine
coniectus est, quia in ea virtutū conuentus reuerendū sibi thalamū consecrauit, &
si ceteris per partes Spiritus affuit, Mariæ tamen tota plenitudo gratiæ superuenit.
Næc integræ fuerunt in ea species, sed in subtilissimum comminutæ, quia ipsa est,
quæ fortioribus tribulationum malleis superpressa, vidit suum & Dei Filium affi-
gi Cruci, militari lancea vulnerari, & inter duos latrones positum expirare.

Virtus in
pace acqui-
ritur, ap-
probat in vi-cto-
ria.Iohan. 19.
Cant. 1.

Sequitur de eius assumptione. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs afflu-
ens, innixa super dilectū suum? Hæc est Regina illa, quæ videntes filia Sion, beatissi-
mam prædicauerūt, & Regiæ laudauerūt eā. Ascendit autē hodiē de deserto, id est
de mundo ad regalis throni celsitudinē sublimata. Delicijs, inquit, affluens. Verè
affluens, quia multæ filia congregauerunt diuitias, hæc supergressa est vniuersas.
Deliciarum autem eius nō est numerus, quia dum Spiritum sanctum suscipit, con-
cipit Dei Filium, Regē gloriæ generat, penetrat cælos, cumalata diuitijs, & delicijs
affluens, ad Regnum euolat sempiternum suum. Innixa super dilectū suum. Rex
virtutū dilecti Pater est, in quo sibi benè complacuit. Super hunc innititur Mater
illa felicior, & in aureo reclinatorio diuinæ maiestatis incumbens, intra spōsi, im-
mò Filij sui brachia requiescit. O quanta dignitas, quàm specialis potentia, inniti su-
per illum, quem Angelicæ potestates reuerentur adspicere?

S. Mariæ
Virginis
assumptio

Hæc sunt ergò, quæ præfenti festiuitati sub vmbri& imaginibus dignanter allu-
düt, & sacratiore regmine velata, gratiosius lucët, cum potuerint reuelari, Amen.

EIVSDEM PETRI DAMIANI IN ASSVMPTIONE
ipsius sanctissime Virginis Hymnus.

S. Maria
müdi gau-
dium.

S. Maria
Dei scala.



Audium mundi, noua stella cæli
Procreans Solem, pariens Parentem,
Da manum lapsis, fer opem caducis,
Virgo Maria.

Te Deo factam liquet esse scalam,
Qua tenens sum mum, petit altus imum,
Nos ad excelsi remeare cæli
Culina dona.

Te beatorum chorus Angelorum,
Te sacri vates, & Apostolorum
Ordo prælatam sibi cernit vnam,
Post deitatem.

Itèra aula
Dei.

Aula cælestis speciosa Regis
Fulta septenis sophiæ columnis,
Quem nequit totus cohibere mundus,
Claudis in aluo.

Quem tremunt cæli, metuunt abyssi,
Fluminum gutta, maris & procellæ,
Laudat Occasus, veneratur Ortus,
Stringis in vlnis.

Lacte nutritur cibus Angelorum,
Fertur innuptæ gremio puellæ,
Qui sua lata ditione terræ
Pondera librat.

Sit decus summo sine sine Christo,
Sancta quem Virgo genuit Maria,
Qui Patri compar, Flaminiq; sancto,
Regnat in æuum. Amen.

EIVSDEM PARACTERICVM CARMEN DE EA
dem sanctissima Virgine Maria.

S. Virgi-
nis Mariæ
encomiū.

Scala, thronusq; Dei, nitor orbis, ianua cæli,
Mater aue Christi, scala, thronusq; Dei.
Tu noua stella maris, qua lux est reddita terris:
Ortus & es Solis, tu noua stella maris.

Concipis absque viro, tu sola puerpera virgo,
Quæ Verbum verbo concipis absque viro.
Tarrara quod metuunt, tellus pauet, astra verentur,
Pectoris antra ferunt, tartara quod metuunt.

Virgine vita redit homini, quem virgo peremit:
Mors nece victa perit, Virgine vita redit.
Tu super astra leua, petimus, quod subruit Eua:
Illa grauat culpa, tu super astra leua.

Gloria summa Patri, genitæ sit gloria Proli,
Flamine cum parili, gloria summa Patri.

EIVSDEM RHYTMVS DE EADEM.

Itèra eius-
dem Virgi-
nis præco-
nium.

Genitrix æterni Virgo Maria, Verbi, quæ
Vox illa carnis par erit tuæ laudis?
Tu noua maris stella, celsa poli fenestra,
Scala, quæ cælum terris iungis, ima supernis.
Immensum concepisti, Parentem peperisti.
Fit Factor ex factura, Creans ex creatura.

Quem

SURIUS

q. ber.
M. 10. 11.

RVIII

5

Quem mundus ferre nequit, totum Virgo concepit,
 Quo circuitur æther, puellæ clausit venter.
 Serui forma indutus, diuina non exutus,
 Suscepit quidem tua, sed non amisit sua.
 Oritur ortus rerum, fit antiquus dierum:
 Orbis origo cœpit, factus ex his quæ fecit.
 Conceptus fecundauit, natus non violauit:
 Intrauit & exiuit, sed clausam dereliquit.
 Tu Aaron ex virga fecunda, licet sicca,
 Quæ germen protulisti, sed virgo permansisti.
 Te rubus prælucebat, qui ardens non ardebat,
 Quæ sine æstu mentis fructum dedisti ventris.
 Et ante partum virgo, sed post virginum Virgo:
 Creuit in ortu prolis integritas pudoris.
 Est Angelorum cibus tuo lacte nutritus:
 Qui mari præbet vndas, papillæ fugit guttas.
 Geris in sinu prolem, quæ terræ librat molem:
 Focis à quo foueris: seruas à quo tueris.
 Blandire, Mater, charo, qui te creauit, nato
 Oscula grata fige, fascijs membra cinge.
 Amplectere caelestem, quem genuisti, Regem,
 Cui seruit Sol, & Luna, & omnis creatura.
 Chori virtutum tremunt, quem viles panni tegunt.
 Pauer cælum, & terra, quem baiulat puella.
 Vagit in sinu Matris, regnat in throno Patris.
 Legem Matris obseruat, mundi iura gubernat.
 Tu fontis fons viuientis, oriens orientis,
 Liber ille signatus victori viro datus.
 Tu porta templi clausa, superni regis aula,
 Aerarium talenti, per quod sumus redempti.
 Hortus deliciarum, odor suauitatum,
 Tu ager ille plenus, cui benedixit Deus.
 Ex te botrus egressus, qui Crucis prælo pressus,
 Vino rigat arentes sancti Spiritus mentes.
 Es & terra caelestis ferax lactis & mellis,
 Ex qua Veritas orta tollit errorum dogma.
 Arcem nobilitatis de prolis stirpe trahis,
 Filia quidem regum, sed Mater Regis regum.
 Salue iam, Virgo foeta, Aue gratia plena,
 Nostrum Aue digneris, vt illud Gabrielis.
 Ille dum te salutat, Eux nomen commutat.
 Reduc nos, Virgo sancta, vnde est nequam lapsa.
 Tu solue quod debemus, auerte quod timemus,
 Impetra quod optamus, perfice quod speramus.
 Sit laus Trinitati, sit decus Vnitati,
 Cui lex, & ordo rerum per omne patet æuum, Amen.

EIVSDEM VERSVS.

ECcè parat clausam Regi prænuncius aulam,
 Natus ab æterno prodit de Virginis aluo.
 En fluuius fontem, mundum lauat vnda lauantem.
 Ablue, Iordanis, per quem magis ipse lauaris.
 Non capitur cælis, Simeon quem stringit in vlnis.

S. Maria
 virga Aa-
 ron.
 Item rubus
 ardens.

Item fons
 fontis vi-
 uentis.
 Item por-
 ta templi
 clausa.
 Hortus de-
 liciarum:

S. Maria
 Regum fl-
 lia.

Annuncia-
 tio.
 Natiuitas.
 Baptismus
 Purifica-
 tio.

AVGVSTI XVIII.
VITA BEATI RAYNALDI ARCHIEPISCOPI
 RAVENNATIS, COLLECTA EX SEXTO LIBRO HI-
 storiarum Hieronymi Rubei viri doctissimi, de gestis Rauennatum.
Verum vtrum hic in Sanctos relatus sit ignoro.

18. August.



MORTVO Opizone Archiepiscopo Rauennate, sacra-
 viri Rauennates, de more in Vrsiano templo comitijs ha-
 bitis, cum non vnum sentirent, elegerunt duos, Raynaldum
 Concorregium Mediolanensem, & Leonardum Eliscum,
 Ecclesie Brugensis, quae est in Tornacensi diocesi, Praepo-
 situm. Verum Benedictus vndecimus Pontifex Maximus,
 qui rum primum Bonifacio successerat, Raynaldum pro-
 bavit, qui rem diuinam coram Pontifice fecerat, Canoni-
 cus primò Laudunensis, mox vniuersae Flaminiae Praefes,
 deinde Episcopus Vincetius. Ad Archiepiscopum Rauennatem euectus, decimo
 tertio Calendas Decembris apud Lateranum, anno Pontificatus primo, à Benedi-
 cto Pontifice consecratur, cum omnes illum Rauennates ob sanctitatis famam à
 Pontifice Archiepiscopum postulassent. Qui factus Archiepiscopus, indies virtu-
 tibus ac religione proficiens, purissimum cultum numinis diuini, legibus persan-
 ctè editis, propagandum apud suum populum diligenter curauit: quapropter &
 sapè Archiepiscopatus oppida, Argentamque praesertim inuisit, ac prouinciale
 concilium anno ab ortu Christi millesimo trecentesimo septimo Rauennae cele-
 brauit: curauitque, vt Senatui Rauennati, Lamberto praesidente, atque suadente,
 placeret, Rauennae, monetæ pecuniaeque ad Anconae modum vt cuderentur. Estq;
 id habitum non multo post, quam Clemens quintus, qui Benedicto subrogatus
 fuerat, in Galliam Pontificatus maximi Sedem transtulisset.

B. Raynal-
 dus fit Ar-
 chiepisco-
 pus Rauē-
 nas.
 A Papa
 consecra-
 tur.

Synodus
 prouincia-
 lis Rauē-
 nae.

Sedes Ro-
 mana trá-
 fertur in
 Gallias.

Postea cum Henricus Caesar Cisalpinarum dissensionum peritissimus, regni-
 que propagandi cupidus, in Galliam Cisalpinam descendisset, familiarissimo semper,
 grauissimoque Senatore vsus est Raynaldo Archiepiscopo: cuius etiam, aliorumque,
 praeterea senatorum consilio, cum esset Astæ Coloniae, omnes Cisalpinarum ciui-
 tatum exules, in patriam quenq; suam, reuocauit. Tamen non ita multo post, mu-
 tata sententia, omnem ferè Italiam perturbauerit, & Robertum Siciliae Regem pro-
 nunciato publico edicto, regno priuauerit. Ad hæc accessit causa equitum Tem-
 plariorum, quos Clemens Pontifex per hos dies acriter persequens, Raynaldo Ar-
 chiepiscopo eam causam cognoscendam mandauit, religione hominis & virtute
 plurimum fretus. Ceterum Raynaldus, vt iudicium legitimo iure faceret, cum an-
 no millesimo trecentesimo nono, Bononiae habito conuictu aliquot sibi subiecto-
 rum Episcoporum, studiosè in illos inquisisset, tandem anno 1311. eadè de re Con-
 cilium Rauennae habuit, in quo hi fuere, Vgo, Placentinus: Vbertus, Feretrans:
 Fridericus, Ariminensis: Vbertus, Bononicensis: Henricus, Regiensis: Mathæus Cer-
 uenensis: Petrus Foropompiliensis, Episcopi. Vgulinus designatus Fauentinus, Nico-
 laus & Iohannes cucullati Dominicani: Vincentius, Franciscanus: qui tres in Fla-
 minia Quæstiores in hæreticos erant. Bonum contrus, archipresbyter Mutynensis,
 pro sacra viris Mutinensibus: Gerardus Curnazanius, sancti Donini Praepositus,
 pro Episcopo, sacra viris Parmensibus: Gentilis Ferrariensis Episcopi Vica-
 rius: Praeostinus Mutinensis, Episcopi Foricornciani item Vicarius: Iohannes Ab-
 bas Gauellianus, pariter Episcopi Hadriani Vicarius: Armannus cucullatus Do-
 minicanus, Episcopi Cymacensis procurator: Guercius D. Damiani Canonicus,
 Episcopi Sarsinensis procurator. Omnibus igitur, suo quisque loco, in aede Vrsiana
 confidentibus, introducti sunt Raymundus Fontana, Iacobus item Fontana, Mau-
 rus, Iacobus, Albertus, Guilhelmus ab Pigazano, & Petrus Cazia, Templarij ordi-
 nis equites. Qui iurati cum nihil essent obiectis criminibus, testibusque aduersis de-
 bilitati atque abiecti, ad omnia breuiter constanterque seorsum singuli, responde-
 runt. Erant autem hæc ferè quæstionis capita.

Quæstio-
 nū capita
 Templarij
 militibus
 obiecta.

Cum in ordinem cooprabantur, in ipsis sacrorum suorum initijs, Christumne,
 aut Deum, aut Virginem Deiparam, aut Diuos abiurassent, vel vt abiurarent, mo-
 niti fuissent, aliòve ipsi ad abiurandum incitassent. An simulacrum quodpiam, &
 ido.

SURIUS

q. ber
 Moner
 RVIII
 5

idolum fictum, & commentitium, diuina ueneratione coluissent. An tyrones, adolescentulos praesertim, libidinosos, atque alia quam deceat parte, osculati fuissent. An dum rem diuinam facerent, sacra mysteriorum & consecrationis uerba omisissent. An scelestum, & nefarium facinus putarent, haec committere.

Quo cum affirmassent, ceteris fortiter perpetuoque negatis, ab Concilio dimissi sunt. Raynaldus Concilium tunc consuluit, de tota re quid fieri placeret: in quo cum multa sententiae dicerentur, tandem interrogati primum, an iudicium illud accurate & legitime constitutum existimarent, annuerunt: Deinde, an dandi essent in quaestionem, responderunt, non dandos: Nicolaus tamen & Iohannes Domini- cani, in haereticos Quaesitores, dandos esse dixerunt. Praeterea, an ad Pontificem Maximum deferendum esset iudicium: negatum ab omnibus est, quod prope ad esse Concilium generale dicerent. Postremo, essentne omnino absoluendi, an iubendum ut se de obiectis purgarent, de purgatione affirmatum est. Hac autem omnia cum Clemens Pontifex accepisset sic de tota tandem re iudicauit, ut multis eorum combustis, uniuersum ordinem deleuerit.

illi se falsos
accusatos
affirmant.

Ordinis re-
pliariorum
extinctio.

Paulo post, idem Raynaldus Archiepiscopus, Ioannis Pontificis iussu & auctoritate Friderico, Guidoni, & Sperantiae Comitis Vrbinatum fratribus, ipsisque Vrbinatibus, sacris interdixit: quod caedibus indignissimis, maximisque factis, Vrbinum, & pleraque alia Romanae Ecclesiae subiecta oppida occupassent, ciues multos expulissent, reliquos durissimo imperio opprimerent: ad haec Fridericus Auximatem Ricmensem, exulum item Aesinorum, aliorumque, Picentium praefecturam sibi assumpserat, ipsumque oppidum Piram, diuturna obsidione prius circumnallatum, cepisset, ac dure acerbeque diripuerat: Guido in oppidum sancti Donati idem perpetrasset, Aemilijque Belmontis praepositi, qui Picentibus pro Pontifice praerat, Legatum cum literis comprehendi iuxta Vrbinum portas, & in custodiam tradidisset: unde nisi aufugisset Legatus ingenti fortuna beneficio, capite poenas dedisset. Neque uero has Pontificias interdicti literas, Raynaldus solum intrepide recipiuit, diuulgauitque, sed omnes iussit, euariitque, ad quos ipse eas misisset, ut idem efficerent.

Iuxta Pon-
tificis fide-
liter & in-
trepide
Raynaldus
Episcopus
exequitur.

Tandem cum Bononiae anno millesimo trecentesimo decimo septimo Concilium prouinciale habuisset, Rauennaque in aede Vrfsiana aram Cruci erexisset ac dedicasset: in qua ex marmore arcam, multis ac praestantibus Sanctorum Reliquijs plenam incluserat, ac eam certis legibus latis, praedijs ditasset, sacerdotumque conuentum, qui certis statisque diebus parentarent, & pro mortuis psalmos & preces ex libris sacris conceptas recitarent, iam multis ante seculis institutum, & hoc Raynaldi tempore, ob sacerdotum licentiam corruptum, restituisse: eodem anno 1321.

non absque ingenti apud omnes sanctitatis opinione, quod decimo Calendae Septembris, tranquille decedens, in caelestem patriam euolauit. Sepultus est in monumento ex marmore, in aede Vrfsiana: quod cum superioribus annis Iulius Feltrius, ab Ruuere Cardinalis, Rauennatum Archiepiscopus, aperire coram se mandasset, uiri sancti cadauer integrum ac penes recens, promissa barba, statura proce- ra, ingenua forma, & specie ad dignitatem apposita inuentum est. Ad eius cadauer, cum adhuc in sepulcrum illatum non esset, multa miracula & insequentibus etiam diebus & annis facta sunt: & ut reliqua omittam, Iacobus Bennicafa, Iurisco-

sacrae obit.

Eius corp⁹
post mul-
tos annos
apparet
in corruptum.

sultus Rauennas, cum desperata omni salute, & penitus destitutus, acerrimis podagrae doloribus affligeretur, seque voto nuncupato, diem Raynaldi festum, quod tannis solenniter celebraturum obligasset, postridie eius dici doloribus & morbo solutus est. Quod Iohanni quoque Grado, in graui capitis oculorumque dolore, cum esset ad Raynaldi sepulcrum profectus, eiusque opem suppliciter implorasset, per idem tempus contigit. Ex agro item Rauennati, eo uico, cui Herbofae nomen est, mulier Blonda uocata, cacodamone supra quam dici potest agitata: a cognatisque suis, maxima vi, ad Raynaldi sepulcrum pertracta, liberatur.

Miracula
ad sepul-
crum eius.

Quidam a
podagra,
alius ocu-
lorum &
capitis do-
lore cura-
tur.
Item da-
moniaci.

Pari felicitate, sacra uirgo coenobij diuae Mariae cognomento Padrielis (quod in Ceneda a mœnibus haud procul erat, nunc in urbem translatum D. Stephani in Oliuis appellamus) membrorum omnium resolutione oblanguens, cum uiri sancti patrocinium inuocasset, repente sanitati restituitur. Atque haec pauca de multis quae in dies fiunt, collegisse sat fuerit.

21. Aug.

S. Priuatus
Episcopus
fustibus in-
terimitur.



Rruentibus autem Alemannis in Gallias, sanctus Priuatus Gabar-
litanae urbis Episcopus, in crypta Memmatensis montis, ubi ieiun-
nijs, orationibusque vacabat, reperitur, populi Cerdonensis ca-
stri munitione conclusus. Sed dum oves suas bonus pastor lupis
tradere non consentit, demonijs immolare compellitur. Quod
facinus ille tam execrans quam refutans, tandiu fustibus ceditur,
quoad vsque putaretur exanimis. Sed ex ipsa quassatione interpo-
sitis paucis diebus spiritu exhalauit. Chroco verò apud Arelatensem Galliarum
urbem comprehensus, diuersis affectus supplicijs, gladio verberatus interijt, non
im merito poenas, quas sanctis Dei intulerat, luens.

Chroci in-
teritus.

DES. TIMOTHEO ET APOLLINA-
RE MARTYRIBVS, PER D. GREGORIVM ARCHIE-
piscopum Turonensem, de gloria martyrum cap. 54.

23 Aug.

Vides quo-
sim in ho-
norè San-
ctoru eccle-
siae adifica-
bantur.



TIMOTHEVS & Apollinaris apud Remensem urbem, consum-
mato martyrio caelestia meruerunt, quorum reliquias quidam
aedificata in eorum honore basilica deuotus expetit. Pontifex ve-
rò qui aderat, cum honore per presbyterum dirigit. Cumque iter
ageret, mulier importuna, & credo indigna merito, in via proce-
dit, salutatoque presbytero, deosculatur lintheum quo sacra tege-
bantur fauilla, rogat sibi de his aliquid condonari. Tunc Presby-
ter diu dubitans, & tribuere differens, victus tandem ab improbitate eius, dimisit ei
particulam, ascendensque sonipedem iter expedire cepit iniunctum, & percuti-
ens vtraque equi latera, nequaquam poterat promoueri. Ipse verò grauius erat vt
vix caput valeret erigere. Intelligens autem martyrum se virtute teneri, poeniten-
tia motus, vtiliter recepit quod negligentia intercedente largiri praesumpsit, resti-
tutoque in capsa quod abstulerat, abire permissus est.

Miraculū.

MARTYRIVM S. VICTORIS AVTO-
RE LVCIO MARINEO SICVLO, REGIO HISTORIO.
grapho, de rebus Hispania libro quinto.

26. Aug.

S. Victoris
patria.
Vita agit
asperissima.



DIVI Victoris martyrio mirum in modum gaudet Hispania. Hic
enim in Ceresano natus oppido, adolescentiam literis & sacris
diuinisque rebus impendit. In antro primo vitam egit asperi-
mam, quod ipse suis manibus effodit. Deinde verò Mauros pa-
triam suam oppugnare Angelo nunciante, & Christianos amo-
uere & abducere ab Christi cultu: protinus occurrit, & Christi-
anos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer
hortatus est. Quod cum Mauri animaduertissent, cum penis acerbissimis sustule-
runt, Itaque martyrij corona donatus, à Christo in caelestium numero aggregatus,
sempiterno gaudio perfruitur.

Martyrio
coronatur

DE SANCTO BIBIANO VRBIS SANTONICÆ
EPISCOPO, EX D. GREGORII TVRONENSIS
De gloria Confessorum Cap. 58.

28. Aug.

Miracula
ad S. Bibia-
ni sepul-
crum.



IN suburbano quoque urbis huius Santonicæ Bibianus Antistes
quiescit, cuius virtutum praestantia liber, qui iam de eius vita scri-
ptus tenetur, enarrat. Nunc autem exoratus crebro languentibus
tribuit sospitatem. Vnde videtur vt de tantis miraculis vel vnū
fari praesumā. Mulier quaedam, cuius manus aruerant, vnguibus
que iam sauciatae, contractis neruis, opus operandi perdidit, ad
beati sepulcrum deuota prosternitur, factaque oratione, manus
reintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas Domino gratias meruit elcuare.

VITA

SURIUS

q. ber
Mortar
RVIII
5

VITA S. BONONII ABBATIS MONASTERII
 LOCEDENSIS, QVOD EST IN AGRO VERCELLENSI,
 quam ex duobus codicibus, quorum alter apud Canonicos Cathedralis Ecclesie, alter
 apud Monachos S. Stephani Bononiae asservatur, Illustrissimus & Reueren-
 dissimus Cardinalis & Episcopus Bononiensis Gabriel Paleotus
 ad nos exscriptam misit, vnde eam de sententia
 nihil, at stylium aliquantum immu-
 tantes, excerptimus.



BEATVS Bononius Bononia oriundus, cum vitam sa-
 pientis hominis mortis esse meditationem legendo didi-
 cisset, serio hoc & saepe apud animum voluens, a primis
 statim annis mundi huius delicijs repudiatis in S. Stepha-
 ni monasterium, quod est Bononiae, se abdidit, vt seculo
 excluso & mundo mortuus Christo totus viueret: nihil
 interea pensi habens, quae homines vel loquerentur, vel
 sentirent. quippe qui legerat, primam monachi virtutem
 esse, hominum iudicia contemnere, & illud Apostoli sem-
 per memoria repetire: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. In
 illo autem S. Stephani monasterio cum in sanctarum virtutum diuinaeque con-
 templationis pijsissimis exercitijs multum per aliquot annos profecisset, ad perfectio-
 ra charismata contendens, patria, amicis, domo, vrbisq; frequentia desertis, Baby-
 lonis Aegypti solitudinem adiit, vt a sperioris ac durioris vitae freno corpus perfe-
 ctè edomaret, ac spiritui obsequens planè redderet. Euenit autem fama & virtutū
 eius fragrantia ad Aegypti incolas peruadente, vt ea capti ac deliniti Aegyptij pro-
 ceres, ac potior pars populi ad eum amore ac singulari beneuolentia complecten-
 dum, vehementer incitarentur: ita quidem, vt potestatem facerent, ea istis in locis
 instituendi, quae ad religionis restaurationem barbarica feritate conculcatam per-
 tinere censuissent. Quod cum frequenter vrgerent, gauisus pius pater, & Deo, qui
 feroces barbarorum mentes mitigasset, gratiam referens, occasionē tantam mini-
 mē sibi negligendam ratus, operi sedulo institit, primū diruta multis in locis
 templa restaurans, & post iactum hoc virtutum suarum quasi spirituale funda-
 mentum monasteria deinde plurima securans, per quae coetus monachorum di-
 stribuit, Abbates constituit, eosque secundum à D. Benedicto praescriptam regu-
 lam vitam religiosè traducere iussit.
 Ipse autem non in vno loco consistens Aegyptum peragrabat, verbi Dei semi-
 na ubique spargens, ex quibus magnus credētium numerus succreuit, ac tanquam
 ager quiuis fertilis messem copiosam fructumque & centesimam, & sexagesimum,
 & tricesimum produxit: cum signis etiam atque miraculis editis, eorum animos
 ad offensum adhibendum frequenter permoueret. Sic cum fortè in nauī Aegyptijs
 mercatoribus, quibus cum Alexandriam vnā nauigabat, Christum annunciarer, &
 subita tempestas exorta in certum omnes vitae discrimen conijceret, illique atto-
 niti, & omnia alia spe destituti, Deum quem ipsis annunciat se credere professi,
 ad eius opem confugerent, obstantes, vt pro salute omnium Deum suum de-
 precaretur, nuncupato insuper voto Christiana sacra se suscepturos, si praesens eius
 numen experti salui euaderent, postquam ad precum praesidium sanctus se con-
 uertit Bononius, tempestas repente discussa, & serenitas reddita est, & Alexandri-
 am incolumes ad portum omnes applicuerunt. nec mora, quos ad ipsius preces
 ex mortis quasi faucibus Deus eripuerat, in eis per baptismi gratiam ipse nouam
 vitam restaurat.

Hæc aliæve eiusdem generis admiranda opera celebrem eum per Alexandriam
 effecere quorum, cuium nē fauor eum nimium extolleret ac transuersum ageret,
 clam inde egressus Babylonis ad amicam solitudinem iterum secessit, vbi vigilijs,
 ieiunijs, orationibus, pijsque alijs bonorum operum exercitijs, cum ipse sedulo
 operam daret, tum alijs vitæ viam praebat, praemonstrabatque: neque potentibus
 blāditus, & eorum per turpem adulationem amicitiam ac fauorem nimis abiectè
 appe-

30. Auguſt.
Cap. 1.

Monaste-
rium à pri-
mis statim
annis in-
greditur.

Gal. 1.

Secedit in
Aegypti so-
litudinem

Templa
per Aegypti-
um & mo-
nasteria
restaurat.

Cap. 2.
Aegyptijs
Christum
annunciat

Precib. ad
Deum su-
is tempe-
statem

Cap. 1.
Redit ad
solitudinē

SURIUS

q. d. b. r.
M. O. B. E. R.
RVIII
5

appetens, neque tamen eos quauis superbos & insolentes per nimiam austeritatem negligendos, aspernandos ac fastidiendos sibi ducens: hoc quidem, vt omnibus omnia factus omnes lucrifaceret: illud autē, diuina illius non immemor comminationis, Vt vobis qui consuitis puluillos & ceruicalia sub omni cubitu accipendas animas. Ecce ego disrumpam eos, vt non vltra capiat animas volantes. Non ille prosperis nimium efferebatur, aduersa eum deicere non poterant. Pauperum indigentiam non tantum ipse subleuabat, sed ad opem illis ferendam etiam diuites sedulo exhortabatur, ac incitabat. Et tam quidem erga alios sollicitam curam gerebat: ipse autem in suscepta semel vitā austeritate perseverans, pro molli lecto duram humum, pro delicatis linteaminibus asperum cilicium, pro ceruicali commodo lapidem, cui caput inclinaret, commutabat, ac sic quiescere consueerat, si quies dicenda est, quā iugibus per dies & noctes orationibus fatigabatur, ita quidem, vt Davidis illud sibi vsurpare potuerit, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Cap. 4. Graues per illa tempora procellae Aegyptum vniuersam concussere, Romanis Aegyptios bello persequentibus, commissoque praelio cum vtrinq; magna litragessieret, neque triumphus Christianis satis feliciter succederet, eorum etiam plurimi captiui ducti sunt, & inter eos etiam diuina memoria venerandus Vercellensis ecclesiae antistes Petrus. Qui in tantam pertractus miseriam inquirebat diligenter, si quis per eam regionem Christianus esset, cuius consilio atque ope liberari posset. Indefinenter autem suspiranti neque vllum precandi finem facienti, adfuit qui in se sperantes nunquam deserit Deus, & S Bononium in illis regionibus vitam agere admonuit. Qui accessit nihil praetermisit, quae ad eum ceterosque

qui carceribus conclusi tenebantur consolandos ac liberandos excogitare posset, itaque & carceris custodes, vt ad eos sibi liber aditus pateret, muneribus sibi deuinxit: & regiam familiam ipsamque regis coniugem in suas partes pertraxit, vt pro captiuis suis fratribus intercedere vellent. Regem ergo, cum per horros odoratissimis balsamis confitos animi causa certo quodam tempore obambulet, vnanimis vnō ore diuino planē instinctu, aggressi quod supplices rogabant, vt captiuos Christianos Bononio condonaret, facile impetrarunt. Nani ergo impositos postquam mare transissent Hierosolymam primum, inde in montem Sinai perduxit, quem ipse sibi habitationē iam tum animo designabat, vt in eo sicut Moyses olim Dei legem, sic ipse spiritus sancti gratiam adipisceretur. Post quae loca perultrata Constantinopolim contendit, vbi cum ad littus appulissent, tanquam a quibus metuendae insidiae essent ad Imperatorē delati, eius iussu custodiae mancipati sunt, antequam qui essent, & quid venissent edoceri se esset passus, quorum cum deinde innocentiam referentibus in ea vrbe Dei cultoribus didicisset, non solum liberos, sed muneribus ex fisco insuper vestibusque donatos, eorum sortem miseratus dimisit. Conscensa igitur rursus naui, cum lati in suā quippe patriam reuersi essent, etiam Petrus Episcopus suae sedi est restitutus, cui multo post tempore praesuit.

Ceterum Bononius Dei seruus ad montem Sinai regressus cum totum illic diuinā se legi mancipasset, magnarum virtutum signis ita inclauit, vt gratissimo sanctissimae suae opinionis odore Hierosolymam & vicina Hierosolymis loca replet. Cum non multo post autem Locedensis monasterij, quod est in dioecesi Vercellensi, Abbas obiisset, qui supra nobis memoratus est Vercellensium Pontifex Petrus cum accersendum duxit, vt defuncto Abbati sufficeret, quod quāuis à se onus rejicere serio conaretur, tamen cum is nullum sollicitandi & rogandi finem faceret, nè diuinā vocationi resistere velle videretur, cessit tandem, & humeros ei submisit, paterque monachorum quauis inuitus factus est. Ecce autem antiquus humani generis hostis, virtutum eius, quibus hic quoque coruscare incipiebat, vt et bonis operibus infestus, splendorem non ferens, aduersus sanctum pastorem consurgit, & monasterio procellae quodam turbine commoto, eum oppugnare aggreditur, vt latam bonorum fructuum segetem, quam hunc cultorem producendum conijciebat, remoueret. Ille verò memor huius ad suos discipulos Christi consilij, Si vos persecuti in vna ciuitate fuerint, fugite in aliam, per summam humilitatem scandalum declinans in Hetruriam interim secessit. vbi reparato ad plenum, & secundum legem Dei & sancti Benedicti regulam instituto monasterio, miraculis patris celebris etiam redditur.

Locedensis
Abbas sic
inuitus.

Matth. 10.
In Hetruria
monasterium
restituat.

Conquie.

Conquieuerunt interea excitati motus, quibus Locedense monasterium concu-
tiebatur, & ipse Domino reuocante ad illud reuersus, platas quas diuina adiutus gra-
tia consecerat, pie conuersionis quasi fomentis, vt coalescerent, lateq; ramos dif-
funderent, irrigare satagebat. Quo magis autem etiam hic in monasterio per mul-
ta annoru curricula, quibus hoc rexit, omnib. conspicua eminenter fulgerentq; vir-
tutum eius insignia, eo de se submissus sentiebat, & latere studebat magis, illud se.
cum reputans, quod Saluator inculcat: Cum feceritis quae praecipio vobis, dicite,
Serui inutiles sumus: quod debuius facere, fecimus. Inter cetera quae preclare in
vita gessit, magnis impensis, cura atque labore templo extruendo incubuit, quo co-
summato opere, cum se per omnem vitam irreprehensibilem exhibuisset, tempus
que adesset, quo eius labores Deus remuneratus aeternae ei gloriae brauium dona-
ret, spiritum creatori reddidit. Calend. Septemb. anno Dominicae incarnationis
1026. Actum quidem, qualis quatusque in vita fuisset, clare omnibus patuit, per ea
quae ad eius sepulcrum edebantur miracula. Nam ad illud plurimas aegritudines cu-
ratas nouimus, & de die in diem ipsius meritis fidem credentium informari gaude-
mus, sicut olim praedicationis suae verbis, ita nunc miraculorum signis. His vero per-
moros venerabilis Vercellensis Ecclesiae Episcopus Ardéricus, non multis post eius
ex hac vita transitum diebus, diuino plane instinctu atque consilio, Christi Confes-
sori debitam deuotionem impensurus, altare supra sacratissimum eius corpus eri-
gendum & dedicandum pie censuit: quod suum consilium cum ad Clerum & suae
fidei commissam plebem retulisset, cum plausu exceptum sic est, vt vnanimis de-
cernerent Apostolica auctoritate, consensu, & approbatione roborari ac confir-
mari oportere, vt quando hoc ille ratum haberet, & religio, & beatissimi Bononij
commemoratio maiori pietate celebrarentur. Romam ergo ad Iohannem Ponti-
ficem pius hic pontifex profectus, postquam commemoratis quae ad eius sepulcrum
edebantur miraculis de eius sanctitate fidem satis fecisset, assensum statim & appro-
bationem impetrauit, ac tum domum reuersus altare cum magna vniuersae plebis
laetitia erexit ac consecrauit, adiuuante Domino nostro Iesu Christo.

Miraculis
post mor-
te claret.
Verba hęc
scriptoris
arguunt e-
qualem il-
lorum te-
pori fuisse
quod in
praefatione
ad miracu-
la & in ip-
sis miracu-
lis clarius
cernere li-
cet.

Sigonius
Iohannem
XX. circa
hac tem-
pora ha-
bet.

AD MIRACULA AB EO EDITA PRAEFATIO,
*incerti quidem auctoris, sed quae aequalem illorum
temporum fuisse arguit.*



Ratiã nostri Redemptoris, qui fideles suos mundo mortuos se-
cum viuentes & in caelestibus conregnantes multorum signis mi-
raculorum ostensis perspicue demonstrat, apparet viros fuisse
quorum studio ac labore veteris & noui Testamenti sanctorum
patrum opera atque virtutum per eos calitis facta signa, quibus
ad diuinum amorem excitarentur, posteris scripto relinqueren-
tur. Quisq; autem illorum, sancto Spiritu ubi vult spirante, & non
oēs suas gratias vni, sed per partes cunctis tribuente, pro viriũ seu
ingenij capacitate vel pauca vel plura studuit prout potuit exarare. Ergo fratribus
mirae deuotionis, vt miracula per sanctum Bononium, siue dum viueret, siue post
eius obitum facta schedulis traderem obnixè rogantibus, atque praefatorum scri-
ptorum mihi renuenti exempla obijcientibus, quorum ego minimo nullo modo
me audeo comparare, sciens me modicæ scientiæ, sed in Domino spei maxime, qui
linguas infantium facit disertas, tandem diutina eorum deprecatione deuictus, at-
que in ipsorum obsecrationibus, tanrique Confessoris supplicationibus pro me ad
Dominum confisus, pauca de multis vltra meas vires negotium praesumendo, nõ
patiens cuncta esse incognita, conor memoriae tradere. Quorum si nulla fieret de-
scriptio, nõ meriti commissum talentum abscondentis in terra particeps essem ti-
meo. cum testante scriptura bonum sit secretum regis celare, & honorificum ope-
ra Domini laudare & magnificare. Vnde obnixè oro lectores, vt non sint huius o-
peris detractores, nec verborum rusticitatem attendant, sed quae hic habentur vera
esse credant. Quia eorum quae refero plura ego ipse vidi, non vna autem à me à ve-
ridicis & fidelibus viris audiui, multorum testimonijs confirmata.

Beato igitur Bononio solennis hic mos erat, vt nocturnis hymnis laudibusque
peractis, in oratorio persisteret, & fusis vbertim lachrymis Deum pro felici Ecclē.

Vita à se &
à fide dig-
nis audita
narrat au-
thor.

I.
Solennis S.
Bononijco
suetudo.

f

sue statu,

siæ statu, pro fidelium omnium & viuorum & defunctorum salute, abstractus à ce-
 teris & humane laudis plausum declinans, sedulo deprecatur. Accidit autem vt
 frater quidam, cui nomen Liuitfredus, vir magnæ reuerentiæ & prouectæ ætatis,
 elegantem candelam cupiditate victus subreptam in sinu suo reconderet, nequid
 impunè. Dei enim iusto & occulto iudicio, quanuis hoc ille tum nondum sentiret
 neque animaduertiret, ab Angelo percussus est. Vtrunq; hoc B. Bononium, cuius
 perpurus mentis intuitus cælestia in ecclasi penetrabat, minime latuit. Itaque prima
 diei hora manè in fratrum collatione, cum quæ ibi dicenda essent, absoluisset, &
 quæ corrigenda, iuste misericorditerque correxisset, etiam hunc fratrem clemen-
 ter de candelæ surreptione increpatum, vt eam custodi redderet, admonuit. Et dis-
 soluto conuentu, quibusdam ad se acersitis, moestus de morbo, quem is frater non
 sine vitæ periculo esset incursum, commonefecit, vtque lectum prepararet, &
 diligentem eius curam gererent, est adhortatus. Parent illi, & fratri obuiam facto
 exponunt, quæ ex Patris mandato curassent. Quod ille contemnere tanquam so-
 mnium visus est, neque enim morbo se admodum grauatum sentiebat. At sen-
 tim ingruente & inualecente inualerudine, ita sunt vires eius ea ipsa die labefacta.
 ra, vt de eius vita desperaretur: quo in statu permultos deinde dies permansit, ne-
 que, vt ipse postea solitus erat referre, & sicut credi planè licet, morbi vim supera-
 turus fuisset, nisi B. Bononius meritis & orationibus suis subuenisset.

Morbum
 fratri præ-
 dicit.

II.
 Abstinen-
 tia eius.
 Solenni Pa-
 schæ festo
 abstinentiæ
 eius rigorè
 Deus tem-
 perat, a-
 qua tertio
 in vinum
 conueria.

Vt corpus suum cum vitijs & concupiscentijs crucifigeret, ab ipsa adolescentia
 B. Bononius à carne, adipe, ouis atque caseo, sed & à vini vsu abstinebat, nisi quod
 valde modico vteretur propter stomachi euersionem, quibus diebus Eucharistiam
 accipiebat. In quo more cum etiam in solenni Paschæ festo perseuerare vellet, mi-
 raculo non est à superna clementia hoc facere permittus. Quippè celebratis rite di-
 uini officij mysterijs, cum minister pro more ad mensam duo illi pocula attulisset,
 quorum alterum vinum alterum aquam contineret, & illud, in quo aqua erat, post
 impressum Crucis signum ori admouisset, eam vinum factam reperit. Et minister
 gustare iussus sic reuera esse cognouit, ac admiratus est, cum aquam se fuditse cer-
 tus esset. Sed iussus effuso prius vino aqua iterum repleuit. Quæ itidem postquam
 eam ori admouisset, post imploratū Dei nomen & Crucis signum impressum opti-
 mi vini saporem retulit. Obiurgare ergo ministrum, qui sibi illudere cogitaret:
 ille verò Deum restem vocare, suis manibus aquam hausit esse. Cum vero tertio
 etiam hoc sic euenisset, diuinam virtutem atque operationem agnoscentes, eiusque
 erga se miseratione hoc ita fieri colligens, eius numen celebravit & gratias re-
 tulit. Sed fauorem popularem modestè declinans, ministro, qui solus erat consci-
 us, efferre hoc & palàm facere vetuit.

III.
 Partus vi-
 tales pre-
 cibus suis
 mulieri à
 Deo obri-
 net.

Mulier quædam multis annis in fecunda, cum magna cupiditate prolis suscipi-
 enda teneretur, medicinis adhibitis, liberos quidem, sed minus vitales tamen, iusto
 Dei iudicio pariebat. Quæ in peccata causam reiciens, & pœnitentia sibi ea esse dilu-
 enda rata, fama sanctitatis B. Bononij excita, ad eius se pedes supplex abiecit, cau-
 samque aduentus sui exposuit. Quam consolatus benignè B. Bononius sanctis suis
 monitis instruxit, pœnitentiam indixit, suisque orationibus commendatâ se habitum
 rum pollicitus, domum redire iussit. Quæ postea, quoad vixit, sancti confessoris preci-
 bus atque meritis adiuta voticôpos heredibus masculis & foemellis nunquam caruit.

III.
 Hoc mira-
 culum cir-
 ca ea tem-
 pora vixit
 se scripto-
 rem hunc
 satis ar-
 guit.

Id quod nunc referam matri meæ per eius intercessionem collatum à Deo be-
 neficium est. Nam febrî, acriter correpta ipsum cõueniens, orationibus se eius cu-
 pidè commendare studebat. Quam benignè gratanterque suscipiens, & Dei pro eius
 salute se oraturum promittens, in hanc vocem erupit: Vade, & noli amplius febrî
 citare. Quid sit cõtinuò meliusculè haber, & domum reuerfa tota conualuit.

V.
 Lucis eum
 claritas cir-
 cūfulget.

Cum aliquando iter faceret, in diuersorio, ad quod diuerterat, in ipsis noctis te-
 nebris: tanta eum lucis claritas circumfulsit, vt incendio conflagrare domum, qui
 in vicinia com morabantur, crederent. Ad quod restinguendum cum festinarent,
 splendore illo lucis sensim euanescente, inustam domum & intactam ab igne re-
 pererunt. Sic eum, qui opera tenebrarum omni conatu à puero perfectè abiecerat,
 armaque lucis & fidei claritatem assumpserat, splendore illustrari dignum fuit.
 Post eius verò ex hac vita transitum, etiam cellam eius lumine eodem pacto cir-
 cūfundi à multis frequenter visum & obseruatum est, manifesto indicio, in ea
 sanctis studijs & Deo placitis operibus eum instanter vacasse.

Inuitatus

SURIUS

q. ber-
 noner
 RVIII
 5

Inuitatus etiam à quadam matrefamiliâs, eius precibus cessit, vt apud eam pranderet: consumptis autem, quæ illic erant, edulij, ficus postulauit. Cui presbyter, qui ad eas colligendas ante missus fuerat, negauit maturas se vllas reperisse. Iussus tamen à viro Dei redire & colligere, paruit, & ad easdem ficus, quas prius lustrate rat, redijt, & vt eodem referente cognoui, tot in eis maturas inuenit, vt viro Dei, & qui vnâ in mensa erant omnibus, sufficerent. Vndè credentium fides informari simul deberatque augmentari. Nam vnicus summi patris omnium Dominus seruo suo præstitit, quod ipse quærens fructum in ficulnea sibi non exhibuit, neque hoc mirum. spondit enim in se credentibus: Opera, quæ ego facio, facietis, & maiora etiam. Sed quoniam nonnulla, quæ viuis peregit, prout quiuimus summatim scribendo perstrinximus, ad recolendum ea, quæ post transitum egit, Domino adiuuante stylum vertamus.

Anno igitur Dominicæ incarnationis 1026. dormitionis suæ tempore ingruente, B. Bononius Angelis gaudentibus, ad cœlestiam lachrymis testificante populo, ad omnium bonorum remuneratorem feliciter perrexit, brauiumque sui agonis optimus athleta ab eo est consecutus. Fama autem sanctitatis eius confestim sic per omnem prouinciam circumquaque diffusa est ac si per emissos præcones, & obijisset illum, & ad eius sepulcrum signa edi denunciatum esset. Ergo quidam arcta custodia & compedibus vinctus, ad quæ ea quoque fama perlata erat, Deû obnixè rogare cepit, vt si quæ de viro Dei nunciarentur vera essent, eius meritis atque intercessionem ex illis, quibus confictus tenebatur compedibus, expediti posset. Et quidem vori compos factus, nihil moratus eadem vincula ad sacri corporis tumulum perferens, illuc memorie causa suspendit: gratisque Deo ac sancto Bononio actis, nobis, quomodo per eius intercessionem liberari meruerit, exposuit. Quæ quidem compedes diu post suspensæ eodem in loco permanserunt.

Eodem, quo S. Bononius obiit, anno, frater quidam, quem ipse religioso habitu induerat, ad eò acri dentium dolore torquebatur, vt neque noctu, neque interdum quiete posset, vndè tanquam amens & mente captus per monasterij septa vagabatur. Fit autem, vt post longam fatigationem in ministri infirmorum gremium caput inclinaret, & modicum somni caperet. Quo in somno sanctus illi Bononius apparere visus est, & ipse ad sacra eius vestigia osculanda prouere, sanctusque Bononius mento eius amanter apprehenso ipsum erigere. Ad cuius tactum ilico omnem à se dolorem amoueri sensit, & expergefactus ministrum compellens: lam, inquit, S. Bononij apparitione & consolatione omnium dentium dolore careo. neque ex dentibus, quoad vixit, vnquam postea frater ille laborauit.

Septennali poenitentia quidam ob fratricidium damnatus, ex eo, quo fratrem peremerat, mucrone circulum brachio dextro circumdederat, cum in septimo poenitentia anno versaretur, non cessabat diuorum multorum memorias & Sanctorum limina inuisere: & quidem natali S. Bononij die, ad eius etiam sepulcrum supplex venit, Deumque flens atque ciulans, altaque ex intimo cordis suspiria trahens, precabatur, vt tanti sui famuli intercessionem sibi propitius esse dignaretur. Dum orationi autem feruenter insistit, & S. Bononium interuentorem atque suffragatorem sollicitat, ecce in magna virorum atque mulierum circumstante turba, circulus, cui cutis atque caro superexcreuerat, per Christi clementiam dililij. Qui apud Sancti altare ad eius rei memoriam longo post tempore pendit. Fuit autem hoc indicium eodem momento ab animæ etiam reatu liberatum.

Eodem etiam die quidam ab ipsa infantia mutus sermonis est usum consecutus, dum ex ore eius copiosus sanguis efflueret, quod fracti linguæ vinculi indicium fuit. Quibus conspectis signis, ad maiore spem & fidem in Deum, atque venerationem erga sanctum Dei Confessorem qui conuenerant, excitati, magno cum gaudio domum quique suam reuersi sunt. Tua sunt, Domine Iesu Christe, hæc opera. Sic sic, cui tu semper viuere fuisi, nunc mortuum magnificas, à quo, dum viueret, fideliter magnificabaris. Qui lucerna lucens non sub modio latuit, sed super candelabrum positus, omnibus in domo tua conspicuè splenduit.

Alio verò anno ipsius natali die cum ex multis vrbis partibus ad eius sacri corporis tumulum plurimi Dominum adoraturi, & ipsius suffragia postulari cõfluerent, certa spe & fiducia, posse se eius interuentu ab instantibus futurisque malis liberari: mulier etiam quædam adfuit, quæ à dæmone vexata, ad aliorum Sanctorum

VI.

Cognouit hoc miraculum scriptor, ab eo qui præfens adfuit cum hoc patret. Christus, maiora perferens suos miracula exhibit, quam vnus exhibuerat.

VII.

Vincula capti eius meritis & intercessione dissoluantur.

VIII.

Dentium dolore, quo quidam frater acriter torquebatur, mitigat ac sanatur.

IX.

Memorias, & limina Sanctorum poenitens frequentat, eorumque pro se preces ambir. Circulus ferreus, ad patrum memoria ad altare Sancti suspensus.

X.

Muto loquendi facultas donatur. Miracula que Sancti faciunt, Dei sunt opera.

Demonia-
e ad San-
cti huius
ecclesia per-
ducta liber-
atur.

memorias liberationem frustra expetierat. neq; enim illis demonis expulsio a Deo concessa fuit, sed S. Bononio referuata, in cuius ecclesiam introduca, eius se orationibus grauer torqueri demon clamare ac vociferari non desinebat. Triduum autem in templo morata, multis coram adstantibus sanguinem vomuit, per quem vomitum diuina pietas ab ea demonium, quod Dei plasma diu possederat, per S. Bononij intercessionem eiecit, magno strepitu templum complens, & coronam argentea altari imminentem ictibus quales audiri atque cerni poterat, cum ipsam tamen demonium non videretur, coneuens.

XII.

Alia quoque femina, cum ex partu laboribus sitiens aquam postulasset, eam que signum sancte Crucis facere oblita bibisset, spiritu maligno fumareth, quo nomine ipse interrogatus se vocari perhibuit, correpta est. Qui eam tamen, cum post partu purificationem ad quada in eius honore dedicatam ecclesia perducta esset, & presbyteri & ceteri fideles preces pro ea funderent, sanctosque pie inuocarent, per Domini nostri Iesu Christi virtutem coniuratus, coactus & confusus sancti Confessoris interuentu deseruit, & ut fumus, a quo videretur vocabulum sumpsit se, euauit, nunquam eam postea molestare ausus.

Alia item
demonia-
ca curata.

XIII.
Adolesces
pedibus ca-
ptus ad e-
altare pedu-
vium reci-
pit.

Adolescens quidam, cui Adamo nomen, ab ipsis cunabulis contractos pedes & ad nates adductos ita habebat, ut is nequaquam insisteret, neque ambulare posset, reptando autem progredi cogebatur. Is sanctissimi Confessoris meritis confusus, spe recuperande illic sanitatis ad eius sepulcrum aduectus, est, ubi cum continuis tribus diebus se ad altaris crepidinem abiecisset, ipsiusque suffragia postulare non desistisset, quam a Deo optauerat, sanitatem eius famuli intercessione est consecutus. In cuius curatione hoc admirandum fuit, quod redeunte sospitatis vigore, tanto calore, quantum hiems esset, astuaret ut interulam, quam erat indutus, abijceret, & nudus quasi permaneret. Qui tantus calor post recuperatam sanitatem se etiam remisit. Sed ipse etiam, ut & Deo & sanitatis largitori iugiter gratias referret, eius se ecclesia mancipauit, & seruitium ei exhibens vsque in hodiernum diem apud nos degit.

Author lo-
cedis mo-
nachus.

XIII.
Alter idem
debilis pe-
dibus ca-
ptus ad e-
sepulcrum
curatur.

Eodem etiam tempore, eandem eius opem, sed grandæus vir, cuius nomen fletu, utriusque etiam pedis officio destitutus, ut genibus manibusque se sustentare cogere, expertus est. Atque is etiam eius patrocinio ad sacri corporis sepulcrum ad pristinam celeritatem reuocatus, in eadem adhuc ecclesia degens, Domino Deo & S. Bononio non cessat gratias referre, & quicquid seruitij potest, in ipsius ecclesia Deo seruientibus fratribus deuote exhibere.

XV.

Sed comitissa etiam V. Varia Comitissæ VVilhelmi vxor, ad ecclesia, in qua sancti viri corpus humatum erat, oratura veniens magno comitatu stipata, ad eius altare Missas celebrari curauit: Interuenit autem mendicus quidam, filium in scapulis gestans, cuius pes & manus sinistri lateris paralyti aruerant, sibi atque filio stipem rogans. Quem illa cum clausis pietatis visceribus repelleret, etiam acerbe & duris verbis aggressa est, non sibi tatas copias esse, quæ omnibus, qui a se quicquam rogarent, sufficerent: Iret potius & sancto Confessori Bononio filium sisteret, & pro eius incolumitate Dominum deprecaretur. Scilicet Psalmographus hoc apposite expressit: Tibi, inquit, Domine derelictus est pauper, orphanus tu eris adiutor. Sed ille tamen, quod fuit monitus, exequi non distulit. Filium siquidem in genua prouolutus post fufas ad Deum preces ex scapulis, quibus gestabatur, sumptum prope sacri corporis tumulum prostravit, ac tum ad petendas elemosynas ecclesiam peragravit. Adest euestigio, opitulantis almi Confessoris meritis, puero diuina bonitas, & cui elemosyna fuerat negata, ut olim claudo ad portam templi sedenti aurum & argentum, ita auro carior membrorum sanitas donatur. Quo viso miraculo, plausus atque exultatio ad laudem & gloriam omnipotentis Dei eiusque Confessoris subsecuta, ad quam præter ceteros accurrit etiam pater. Quid ergo & quomodo actus sit exquiritur: neque Comitissam hoc, quemadmodum gestum esset, referre piguit. Sic omnipotens Dominus, qui omnia admirabili dispensatione gubernat, palam hoc miraculum mundo voluit inclarescere, cum ad serui sui venerationem atque celebritatem amplificandam, tum quia, testante scriptura, signa infidelibus dantur, ut ab infidelitate declinantes discant sperantes in Domino, non deficere omnino: cui per omne æuum laus est atque gloria sempiterna.

Psal. 9.

AA. 3.

SURIUS

q. ber-
uonem

RVIII

5